Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Svmmvla Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm

Bonagratia <von Habsheim>

Friburgi Brisgoiae, 1665

Discretvs

urn:nbn:de:bsz:31-160625

Visual Library

ro qualitate materiæ. Non enim plus obligat præceptum obedientiæ, quàm Iuramenti. *Vide plura de Definitoribus. V. Abſolutio quoad fratres. V. Confeßarius. V. Iudex. V. Prælatus Regularis.*

DISCRETVS.

131. *Diſcretorum officium duplex.*
132. *Qualitates.*
133. *Requiſita.*

131. Officium ſeu Authoritas Diſcretorum, ad duo principaliter ſe extendit. Primum ac velut ſubſtantiale eſt, vt ſint vocales in Capitulo Prouinciali, id eſt vocem ſeu ſuffragium in hoc habeant, nomine illius Conventûs, à quo electi ac miſſi ſunt ad tale Capitulum. Alterum quaſi acceſſorium, vt deferant ad idem Capitulum errores Prælati ſupradicti Conventûs, cuius Diſcreti, ſeu à quo oblegati ſunt: Item neceſſitates, aliaque pertinentia ad eundem Conuentum, ſiue ad quoſcunque ſingulares fratres eiuſdem Conuentûs. *Conſtit. Ordin. c. 8.* CXXXI. *Diſcretorum officium.*

132 Ex his infertur, in promouendis ad tale munus, attendendas eſſe primò & principaliter omnes illas qualitates, quibus eligendus redditur aptior, & magis idoneus CXXXII. *Qualitates.*

omni-

omnibus aliis illius Conventûs, ad ferendi ſuffragium in eo Capitulo, tàm activè, quà paſſivè, in illis præſertim officijs & dignitatibus, quæ non dantur, niſi vocalibus ipſius Capituli Provincialis, vt eſt Definitoratûs officium. P. Sigiſm. *de Elect. dub* 109.

CXXXIII. *Requiſita.* 133. Secundùm Conſtitutiones *l. c.* requiritur inſuper, vt eligendus triennium à Profeſſione compleverit. 2. vt poſſit Capitulum accedere pedeſter, niſi fuerit actu Definitor, electus in præcedente proximè Capitulo. Nulla eſt igitur electio ſecus facta; Nam Conditio, formam non leuem inducit, quâ omiſsâ, diſpoſitio non ſortitur effectum. *l. qui hæredi. l. mauius. ff. de Cond. & Demonſtr.* Idem eſt dicendum, quando electus valebat pedibus, ſed poſtmodùm adire Capitulum nequit, niſi equitando. Ratio eſt, quia conditio hæc quòd adire poſſit pedeſter Capitulum, non tam præſentem ſtatum reſpicit, vt in actu electionis pedibus incedere valeat, quàm futurum, nè modo nobis aliàs prohibito accedat, prout nobis in Reg. c. 3. interdicitur equitare, niſi manifeſtâ neceſſitate aut infirmitate cogamur. Reprobatur ergo in caſu præſenti neceſſitas, quæ ad equitandum ſufficiat, niſi ſit actu Definitor; vnde conditio hæc ſuſpendit & facit, actum conditionalem, ſi poſſit

adire

ire Capitulum pedeſter: quâ conditione
ficiente, etiam conditionatum deficit.
rbos. *in Axiom. Axiom.* 48. vbi *quod actus*
betur, ac ſi non eſſet factus non purificatâ
nditione. Et P. Sigiſm. *dub.* 27. *n.* 10. dicens,
nditiones de futuro, quamuis etiam taci-
inſint actui, vitiare tamen electionem,
ia tunc iſtæ conditiones videntur expri-
i ſuſpenſivè & facere actum conditiona-
m. Vide P. Polit. *in c. 3. Reg. n. 66. & infra*
. Electio. n.

DISPENSATIO.

4. *Diſpenſationis Definitio, & requiſita.*
5. *Cauſæ ad Diſpenſandum neceſſariæ.*
6. *Diſpenſandi facultas, & materia.*
7. *Regula, in diſpenſando ſpectanda, Generalis.*
38. *Regula ſecunda.* 139. *Regula tertia.*
40. *Caſus quatuor diſpenſandi Prælatis Regularibus conceßi.*
41. *Caſus reſeruati Summo Pontifici.*
42. *Prohibita diſpenſari circa Regulam Ordinis.*
43. *Conceſſa diſpenſari circa eandem.*
44. *Quibus iſta facultas conueniat.*
45. *Diſpenſatio Conſtitutionum Ordinis.*
146. *Prælati cum ſeipſis diſpenſare poſſunt.*
147. *Facultas Confeßariorum diſpenſandi cum Conſubditis.* 148.